



Disputatio medica inauguralis de leucophlegmatia

<https://hdl.handle.net/1874/345773>

4.

DISPUTATIO MEDICA
IN AUGURALIS
DE
LEUCOPHLEGMATIA,
QVAM
AUSPICE DEO OPT. MAX.
Ex Auctoritate Magnifici D. Rectoris,
M. JOHANNIS LEUSDEN,

Philosophiae Doctoris, & Linguæ Sanctæ in Illustri
Academiâ Ultrajectinâ Professoris Ordinarii,
NEC NON

Amplissimi Senatus Academicus Consensu, & Nobilissime
Facultatis MEDICÆ Decreto,

PROGRADU DOCTORATUS,
Summisque in MEDICINA Honoribus Prerogativis &
Privilegiis, ritè ac legitimè consequendis,

PETRUS SIEBEDA, HARLINGA-FRISIUS.
Ad diem 6. APRILIS, horâ locoque solitis.



TRAJECTI ad RHENUM,
Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academiæ
Typographi, clc xciii.

DISSERTATO MEDIO
IANAGGERAULA
FRENCOPHIFEGMATIA
D E O,
P A T R I Æ,
FAUTORIBUS,
A T Q U E
A M I C I S.



TRAJECTORIÆ BHINNÆ
Ex Officina FRANCISCÆ HARWY, Accedit
TABLODIPPIÆ DE DECORIS
MEDALLETTERIARE

DISPUTATIO MEDICA

IN AVGURALIS,

D E

LEUCOPHLEGMATIA.

THEISIS I.



Iicut mundus plurimis mutationibus,
ita corpus nostrum variis calamitatibus
obnoxium est, quæ tantas saepe ege-
runt radices, ut aliquando à primo
flore pueritiae cum miseriâ ad vitæ fi-
nem agitemus ævum, & revera inter
minimas calamitates nos vexantes nul-
lo modo annumeranda est: Leuco-
phlegmatia: Evicit igitur materiae hu-
jus nobilitas, ut meas de eâ (quatenus est in se) cogitationes
pro gradu Doctorali exponerem, exordiens cum esentiaæ
demonstratione, ut ita ordine absolvatur scopus.

I I.

Leucophlegmatia igitur est tarda & lenta circulatio suc-
corum nostrorum in toto corpore existentium, & præser-
tim quidem in vasis Lymphaticis Lympha incrassata & ac-
cumulata est, quia horum structura maxime à structurâ alio-
rum vasorum differt, quemadmodum accuratissimus Nuk-
deius in *Adenographia de vasis Lymphaticis* tam nitide scriptit.

I I I.

Quoniam magna inter omnes morbos est differentia re-

A 2 spectu

4 AD DISPUTATIO MEDICA

spectu graduum magnitudinis, itaque non semper Leucophlegmatia gravissimis symptomatibus associata est: Nam Hydrops respectu Leucophlegmatiae magnitudinis multum praestat, & ita de cæteris morbis judicandum est: omnes igitur illas differentias explicare animus non est, quia ad aliquid majus respiciendum est: nam si intellexerimus morborum essentias, illorum magnitudines facile cognosciqueunt.

I V.

Quemadmodum tantæ & tam variae effientes Leucophlegmatiam existunt causæ, varia itaque sortiuntur nomina, sed brevitati incumbens explicationi illarum denominationum non operam dabo, verum causas principales explicaturus sum.

V.

Mala Diæta nec non usus alimenti viscidi immaturi humidi & frigidi &c., obstructio menstruorum, febres malignæ, Medici ignorantia male curatae: hæ quidem inter causas præ omnibus familiarissimas annumerari possunt.

VI.

Usus alimenti viscidi, crudi, humidique, frigidique, inepti ad fermentationem, succos nostros in corpore existentes incrassantis, ut jam de illis nitide formemus conceptum, inspiciemus horum alimentorum particulas, & comperiemur illa alimenta constare particulis acidis, aquofis, oleosis, viscosis, nec non terrestribus, parum spirituosis, nec non salibus volatilibus: hisce cum sanguine mixtis necessario sequi debet sanguinem incrassari, quia illæ particulæ spirituose, nec non sales volatiles adhuc in sanguine existentes partim

tum sive consumuntur, sive per insensibilem transpirationem in auras volant, quia sufficiens harum particularum secretio non datur, partim illæ particulæ terrestres, aquosæ, viscidæ, oleosæ in spirituosas & salia volatilia sese insinuantes & involventes, invicem quasi cum vinculis ligantur: hic sanguis è tantâ particularum perniciosarum quantitate constitutus incrassatur, & versus totius corporis vasa Lymphatica & alia delatus, non potest (sicut oportet) circulari, id est, quod sanguis viscosus & crassus est, & ad fermentationem ineptus; hinc adde vasorum Lymphaticorum structuram, nec non contractionis vasorum debilitationem ob spirituum defectum: hisce omnibus jam ibi datis ad lentam ac tardam circulationem disponitur sanguis, tali itaque modo facile Leucophlegmatia generari solet.

VII.

Obstructio mensium aliquando hujus morbi est causa & satis magna, ideo hujus explicationi incumbam: ad annum igitur revocare debemus obstructionem mensium generari posse à sanguine lento, crasto, & viscoso, in ovario incrassato & obstructo: si à tali sanguine oriatur obstructio mensium, quod verum est, ita etiam Leucophlegmatia: duo hi morbi ab uno & eodem sanguine oriuntur, quidni concluderemus obstructionem mensium esse causam Leucophlegmatiæ; & è contra Leucophlegmatiam obstructio mensium esse causam.

VIII.

Febris maligna, quæ male, sive non, curata est, produce hunc morbum valet: nam febris diurna totam depravat sanguinis massam; quemadmodum videbimus ex essentiâ febris, quæ nihil aliud est quam perturbata mixtio sanguinis, & ad gangrænae statum prima; hic sanguis tam sepe rediens

6. a. I DISPUTATIO MEDICA

rediens ad cor ab omnibus corporis partibus in quibus sanguis distributus est, functiones naturales laeduntur: verum de novo quidem alimentum accipiens, sed propter perturbatam sanguinis mixtionem hoc alimentum in ventriculo non fermentans, cum sanguine mixtum, spiritus, nec non salia volatilia celeri gressu iter absolvunt, & postea insensibili transpiratione consumuntur, relinquunt sanguis latus, viscosus, crassus, &c a flore suo orbatus: itaque sanguis incrassatus & in vasis accumulatus illa dilatatur, quia spiritus defunct ad contractionem exhibendam.

I X.

Hisce causis perspectis & satis intellectis, sufficiet igitur ad symptomatum explicationem properare: inter haec corpus pallidum, fungosum, digitis partibus externis impressi profunda in iis relinquentes vestigia, corporis motus latus ac languidus, coctio ventriculi tarda, pulsus debilis, urina pauca & cruda, illa praecipue huic morbo societatem present.

X.

Si priora dicta reputavimus cum animo nostro, vidimus Leucophlegmatiam originem capisse a sanguine lento, crasso & viscoso: hic sanguis ita existens pertransire extimos arteriarum ramulos nequit, itaque succi in vasis Lymphaticis arteriis, & venis accumulantur, & fere stagnant, illaque vasa dilatantes & extendentes, corpus observatur pallidum & fungosum.

X. I.

Jam perserutari originem (quomodo digitis partibus externis impressi profunda in iis relinquent vestigia) facile erit, sed ad superiora redire debemus, id est, ad sanguinem latum crassum & viscosum, vasa extra ordinarium situm exten-

extendentem illaque sese contrahere non valent, quia deficit spirituum animalium versus illorum fibrillas secretio: si jam premamus partes externas, dígito recedunt, & suci posteriores tam cito locum implere nequeunt, quia sanguis est crassus & vasa collapsa, ideoque in iis profunda relinquunt vestigia.

X I I.

Quemadmodum verum est nos moveri musculis, & versus musculos secerne spiritus animales, ad musculum extendendum, itaque musculus hac extensione ad corpus movendum fit aptus: ergo amissâ spirituum animalium secretione impeditur musculi motus, ita de musculo judicandum est: non dico quod in hoc affectu nulli spiritus secernuntur, nam per consequens nullus esset corporis motus: sed spiritus secernuntur parvâ quantitate, inde etiam corporis motus latus ac languidus est.

X I I I.

Coctio ventriculi tarda, hic ventriculus etiam illas calamitates pati debet; quia sanguis depravatus est, & hoc quod ex sanguine secernitur ad officium aliquod exhibendum, etiam depravatum est, & revera semper bohum fermentum in ventriculo secerni debet ad praestandum cibis assumptis suum ministerium.

X I V.

Pulsus debilis, quia hic datur defectus spirituum ad nervorum fibrillas contrahendas, & fermentatio non peragiatur, itaque omnia vasa sunt flaccida, & sanguinis motu laxantur & expanduntur.

X V.

Urina pauca & cruda, sanguis igitur in toto nostro corpore existens est crassus & viscosus: ita illæ particulae quaeruntur adūri-

8 DISPUTAT. MEDIC. INAUGUR.

ad urinam erant destinatae, in sanguine retinentur, sive hic sanguis potest obstruere renum Canales, ut urinæ exitus impediatur; sive fermentationis defectu illæ particulae urinæ illam digestionem non accipiunt, ideo urina pauca, & cruda.

X V I.

Morbus hic valde periculosus est, si per breve temporis spatium non curatur, quia sanguis hic ad summam lentitudinem & suffocationem pronus est, ideo curatio celeriter instituenda est, ne in Hydropem, Ascitem, sive Icterum flavum mutetur.

X V I I.

Curatio quæ erit inchoanda consistit in succorum crassorum & viscosorum attenuatione, & fermentationem quæ erat amissa, ad priorem statum ducere debemus: hic possimus exhibere medicamenta attenuantia, temperantia, & sudorifera; quorum Simplicia & composita præcipue hæc sunt. Radices Chinæ, Sals. Paril. Contrajerv. Angelic. Bard. Galang. Zedoar. Herb. Scord. Centaur. Card. Benedict. Philand. Lignaum Guajic. Fructus Juniperi, Laur. Salia Volatia & Fixa, Sal. Corn. Cerv. Tartar. Tartar. Vitriol. Vitriol. Mart. Castor. Chalyb. Elix. Vit. Spir. Salis, Tinct. Succin. Et patiens balneo sudores moveat, ex hisce præscriptis Medicus potest eligere illa, quæ videntur esse utilissima.

X V I I I.

Ante omnia restat bona diæta, cibus sit concoctionis facilis: exempli gratia, Lac, Ova, Juscula omnia, Aromata, potus sit cerevisia bene fœcata: animi pathemata, ut ira & mœstitia vitentur.

V X

SOLI DEO GLORIA.